

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0001-3

1. Reichard / Elias Casp: / geburths tag gratulation auff Königin Sophia Magdalena in Dännemarc, 1740.

2. geburths tag gratulation auff Hertzog Chr: Ernst zu Sachsen Saalfeld. 1744.

3. dergleichen auff Hertzog Frantz Josias zu Sachsen Coburg 1744.

4. Lange / Joh. Fried. / geburths tag gratulation auff graff Christ. Ernst zu Stolberg. 1744

5. Henrici / paul Chr: / geburths tag gratulation Printz Christian in Dännemarc, 1745

6. dergleichen 1745.

7. Stolberg / Joh. Martin graff zu / gratulation an den von Schönberg. 1745

8. dergleichen, der studirenden in Altona, 1745.

9. Kirchhoff / Joh. Heinr: / dergleichen, 1745.

10. Wiegand / Carl Chr. / geburths tag gratulation an graff Chr. Fried. zu Stolberg 1746.

11. Schutze / Henr. Car: / dergleichen 1746.

12. Eberhard / Joh. Petri: / dergleichen 1746

13. des Magistrats in Cothen gratulation zur Vermählung graff H. E. zu Stolberg 1742

14. Sander / Joh. Andr. / dergleichen Lateinisch, 1742

15. Werth / Lebr. Henr. / dergleichen 1742.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0002-9

# MEMORIAM
VIRI CLARISSIMI DOCTISSIMI
# GEORGII SARGANECCII
INSPECTORIS ADIVNCTI PAEDAGOGII REGII
LONGE MERITISSIMI
## PRAECEPTORIS OMNI PIETATIS
CVLTV POST CINERES PROSEQVENDI
*IN PAEDAGOGIO REGIO*
D. IX CALEND. IVN. ANNO CIƆ IƆCC XXXXIII
BEATE DEFVNCTI
ET POST DIEM TERTIVM
TERRAE EA QVA FAS EST SOLLEMNITATE MANDATI
ODA HAC LVGVBRI
CONSERVARE VOLVERE AC DEBVERE
## MEMBRA SEMINARII SELECTI
PAEDAGOGII REGII.

---

*HALAE MAGDEBVRGICAE*
LITTERIS IO. CHRIST. GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.

63 64
AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0003-4

NVm linquis hymnos, Muſa tenerrima,
Ceæ retractas munera næniæ,
Num triſtibus fatis canendum?
Quære modos meliore plectro.
Non ſemper hymnus perſonat æthera:
Non ſplendor orbem ſubleuat omnibus
Phœbi diebus, ſed viator
Nubibus adſpicit hunc opacum.
Eſt, vt labores excipiant graues
Firmata fauſtis pectora gaudiis:
Iam poſt amandas atra cura
Res ſedet, et parat hæc dolores.
Sed poſt dolores, nubila ſqualida,
Apparet æque Phœbus amabilis:
Non ſemper orbem vexat imber;
Sol quoque luce ſua renidet.
Aequam memento rebus in omnibus
Seruare mentem: nec nimiis bonis

Efferre TE; non in moleſtis
Numina, iuſta tamen, crepare.
Hæc cuncta TV iam das mihi et approbas:
Quem mortuum nunc quisque bonus dolet,
Præceptor æternum Colende,
Nomen amabile SARGANECCI.
Exercitus TV rebus in omnibus;
Et in ſecundis, nec minus aſperis:
Expertus es tam multa læta,
Quam quoque triſtia multa fata.
Nil attamen TE Numina linquere
Permouit vmquam, ſed patientia
TV, quæ Deus miſit, lubenter
Pectoribus placidis tuliſti.
Non TE moleſtis conditionibus
Muſas amœnas ſpernere paſſus es:
Non TE locorum multa turba
Diſtrahere, ac reuocare nouit.
TV litterarum gnarus es omnium,
Quas ſanctiores, iureque nominant:
TV circuli et normæ peritus:
TE ſapientia prima honeſtat.
Arcana nec non quæ Medicus docet
Intelligis, TE Iura latent minus.
Hinc fas Caput doctum et colendum
Tollere honoribus æſtimandis.
Præceptor imo pectore ſentio
Non exprimendas lætitias meo,
Si quando amœnis adſidere
Mi pedibus licuit docentis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0005-6

Sed iuſtus eheu! pectora comprimit,
Hunc omnis ætas vitat et effugit
Luctus, Virum talem perire
Morte, dolor mea corda mordet.

TE quisque iuſtus, TE quoque litteræ,
Director huius conqueritur domus,
Collega coniunctus, Docentes
Diſcipulique ſimul queruntur.

TE plangit Vxor, TE ſoboles dolet:
Heus planctus omnem perſonat hanc domum;
Sed TV beatus nos relinquis,
Aethereasque domus requiris.

Hinc ſis beatus, non TIBI denego:
Adſit Iehouæ ſplendida gloria;
Diuina et æternum TIBI iam
Cælicolæ pateat voluptas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0006-1

R. II. L. I.
Nro. 2.

R. II. L. I.
Nro. 3.

78 M 362

ULB Halle 3
002 707 233

5b

Hschill: 3; 30; 101; 107; 112; 113; 114;

20

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0008-2

63 64

# MEMORIAM

VIRI CLARISSIMI DOCTISSIMI

# GEORGII SARGANECCII

INSPECTORIS ADIVNCTI PAEDAGOGII REGII

LONGE MERITISSIMI

## PRAECEPTORIS OMNI PIETATIS

…V POST CINERES PROSEQVENDI

*…N PAEDAGOGIO REGIO*

…ALEND. IVN. ANNO CIↃ IↃCC XXXXIII

BEATE DEFVNCTI

ET POST DIEM TERTIVM

…QVA FAS EST SOLLEMNITATE MANDATI

…ODA HAC LVGVBRI

…NSERVARE VOLVERE AC DEBVERE

…A SEMINARII SELECTI

PAEDAGOGII REGII.

---

*…HALAE MAGDEBVRGICAE*

…IO. CHRIST. GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306285-p0009-1